Nos Joannes Philippus Eugenius S. R. I. Comes de et in Merode, Marchio de Westerloo; Comes de Montfort, Thiant, et Battenbourg. Liber Baro imperialis de Petershem, et Steyn, Baro de Quaebeck et Harchies, dominus in Odenkirchen, Hersell, Hulshaut, Ridderkirchen, Merckem, Corvere, et Grande Glise, burggravius hereditarius Archiepiscopatûs Coloniensis &a &a Hispaniae Magnas primae Clarisis; Insignis aurei Velleris ordinis Eques, consiliarius actualis intimus Romanae, Caesareae, Catholicaq. Majestatis, Generalis Campi-Mares-callus, et legionis Dragonorum Colonellus. Et

Nos Scharlotta Amalia Wilhelmina Comitissa de et in Merode, Marchionissa de Westerloo, nata principissa Nassoviae Hadamariensis, Comitissa Catimeleboci, Viandae, et Deciarum, Domina in Beylsteyn, Notum facimus; Quindoquidem Reverendus Dominus Paulinus Fosbagen pastor in Nostro pago Oberndiessenbach anno elapso in domino piè obierit; proindeque hic pastoratus vacare coeperit, ejusdem autem provisio, et collatio seu quaevis alia dispositio jure hereditario Nobis plenissimè competant, quod dein Parochiam in dicto pago nostro Oberndiessenbach cum omnibus juribus annexis, et pertinentiis, omnibusq. Emolumentis contulerimus, et hice conferimus Reverendo Dno Joanni Josepho Orth, confidentes in vitâ, et morum ipsius honestate et virtutum meritis, ac litterarum scientia, utpote apud nos commendatus est, ut se ejusdem fidelem curatorem praestet; praesentantes insuper te ijs, ad quos ratione muneris, et officij pertinet; Ut te ad animarum Curam, et Sacramentorum administrationem aliasque functiones in dictâ parochiâ Oberndiessenbach obeundas habilitare, et consueto Ecclesiae ritu instituere dignentur. In quorum fidem hasce propriae manus subscriptione, et consueti Sigilli nostri appressione communitas dedimus. In Arce nostrâ Merode vigesimâ sextâ Mensis Februarii Anno millesimo Septingesimo vigesimo Nono.

Ad mandatum Ex Ser.mi Marchionis, ac Marchionissae Ser.mae proprium Subscribo Joannes Diessenbach pro temp: Secret:

Charlotta Marquisin zu Westerloo
Gebohrnne Princessin zu Nassau Hadamar

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/4, Nr. 47

Diözesanarchiv Limburg (DAL)

Signatur: FA/4, Nr. 47

Diözesanarchiv Limburg (DAL)

Signatur: FA/4, Nr.47

Praesentatio ad granariam
in Oberdiffenbach Dioecesis Moguntin.

Ad eum

Die 21 Martij 1762 coram me
in vestibulo ecclesiae Adm. Rev. Dni
Joseph Otto Gasser in obeundis
Coram Testibus Hon. D. Dr. Wilhelmo
Dornbach Carolsaeli Limbach Nicolao
Hartenfels Michaele Wagner
Lebus Domo de Oberdiffenbach
Oberdiffenbach
Commissarius
Notarius
ac Testis.

Johannes Hommes
mpria